

IOANNES PARTICIPATIV^s DUX XIV.

Electus Anno 881. reliquit 887. Reassumpsit Anno 888.

INSCRIPTIO PRISCA.

*Comaclensem urbem Senatui Veneto infensam vicitribus
armis nostris subegi.*

XIV.



Vix defuncto Participatio, Ioannes ejus filius & Collega solus Rempublicam administravit. Æmulus paternæ gloriæ Baduarium fratrem ad Ioannem Pontificem Oratorem misit; ut eo auctore Comaclum finibus circumscriptum Venetiæ Antiquæ, Reipublicæ cederet. Consilia hæc subodoratus Marinus Comaclus Comes vulneribus, vinculis Venetum Rotnam proficiscentem accersit, ab itinere retrahit, extorto cessionis juramento. Hinc patriæ restitutus Baduarius vulnere, & mortore contabuit. Ioannes vero cædem ulturus fraternam, in hostiles inferens arma lares, post